In ſecundã peregrinationẽ ab Jeruſalem per ſolitudinẽ in montem Synai ad ſanctam Katherinam p̄fatio cõmendaticia incipit feliciter.

Uiſquis veteris inſtrumenti ſacras legit hiſtorias ⁊ pẽthatheucum p̄ſertim atq; ioſue volumen crebro reuoluit. haud poterit ignorare neq; ammirari ſatis. magnificentiã glorie ſanctitatis dei. et mirabilia opera eius. virtutem quoq; terribiliũ ſuorum. memoriã deniq; habũdantie ſuauitatis eius. quibus omnibus deus ipſe cũctipotens deſertũ illud inuium et vaſtã ſolitudinẽ. in qua erat ſerpens flatu adurens. Dipſas ⁊ Scorpio. atq; plurima mortis imago. illuſtrauit. magnificauitq;. dum filios iſrahel in terram quã iurauerat patribus eorum Abraham yſaac et Jacob. per longiſſimos vie circuitus introduxit. in mãſionibus quadraginta diebus. precedens eos in columna ignis p noctẽ. et in columna nubis per diem. panem quoq; de celo preſtans eis omne delectamentum et omnem ſaporem ſuauitatis in ſe habentem. Nam et petram percuſſit in deſerto Syna. et fluxerunt aque in habundantia. ita vt homines biberent et iumenta. Pars enim domini populus eius. jacob funiculus hereditatis eius. Inuenit eum in terra deſerta in loco horroris et vaſte ſolitudinis. Circũduxit eum et docuit et cuſtodiuit quaſi pupil=

V.º de la h. [100] del n.º III, con la bella tipografía gótica de Schöffer a dos tamaños y el hueco para la capital Q.

Biblioteca Digital de Albacete «Tomás Navarro Tomás»